

Jacob Fabricius

**Jacobus Fabricius Collegii Medici Decanus & Professor ordinarius, Novum
Medicinae Professorem, Die crastini hora nonae Introductorus, Magnificum Dn.
Rectorem, caeterosq[ue] Cives Academicos, Omnes & singulos, Spectatum &
auditum, Eâ quâ par est observantiâ & diligentîâ, peramanter vocat & invitat**

Rostochii: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729707369>

Druck Freier  Zugang



RU. med 1634
Jacob Fabricius.

JACOBUS
FABRICIUS

Collegij Medici DECANUS
& Professor ordinarius,

Novum Medicinae Professorem,
Die crastini hora nona
Introducitur,

Magnificum Dn. RECTOREM,
caeterosq; Cives Academicos,

Omnes & singulos,
Spectatum & auditum,

Ea qua par est observantia &
diligentia,
peramanter vocat & invitat.



ROSTOCHII

Typis excrispfit JOACHIMVS PEDANVS, Acad. Typ.
ANNO M. DC, XXXIV.

R. 11 med 16.24

Pythagoras, duo, divinis operibus maxumè confimilia, humano generi à summo Deo concessa, pronuntiavit, nimirum veritatem eloqui, & mortalibus benignè facere. Ac certè omnibus prodesse, nocere nulli, divini quid redolet, viri boni perpetuò est, prodesse velle, nocere nolle; prudentis, idem illud rectà cum ratione instituere, fortis denique, in labore perseverare. Hoc juvandi conatu primitus ducti homines, nullam ferè mundi partem, quam cœlum ambit, inaccessam aut intentatam reliquerunt: Hoc procellosum mare superare, & inde merces ac nutritivum humanæ commoditati inferre: Hoc tellurem aratri scindere, equos domare, & id genus plura alia didicerunt; quin & pedetentim sese ad elegantiora ornamenta convertentes, Legum ac Sapientiæ studia, ut argutè illas dirimerent querèlas, quæ alioquin diris mortalium injurijs commercia violare possent, excoluerunt. Medicinam etiam inter cætera usui hominis intulerunt, utpote sine illâ vitam nostram cespitare, & externarum fortunarum usum jucundum, vel dulcè, neutiquam censerì posse, animadvertentes. Quotquot itaq; horum suas contulerunt cogitationes atq; operas, ab omnib; bonis & laudabilibus ingenijs, meritissimè gratâ celebrari memoriâ, dignissimi judicantur. Et ut reliquarum liberalium Artium & Partiû autores atq; inventores impræsentiarum silentio præteream, quidquid Artis Medicæ ad nos ab antiquo devenit, solè Asclepiadæ gentis oculo & coryphæo, Coo Hippocrati adscribimus. Quamvis enim longè ante illum Chiron Centaurus, Aristæus, Polyidus, & Melampus, alijque Sectæ Empiricæ conditores, Acron Agrigentinus, Crito, Philistion, Philinus, Menodotus, priscusq; Serapion vixerint: horum tamen plerique herbariam potius quandam experientiam usurpasse videntur, quàm Medendi-artem, adeoq; cum homines Empiriam illam rerum causis firmare optarent, animadvertentes ignoratis causis, etiam effectuum observationem minimè certam esse, ad earum contemplationem inclinare paulatim cœperunt, undè sensim Rationalis Medicina originis suæ traxit primordia, quam & ante Hippocratem Cnidij, Rhodij & Coi certatim diligentissimè exeruerunt, adeò ut inter se æmulo amplificandæ artis studio, alij alios excitarent, donec tandem omnibus de Asclepiadæ Artis possessio-

ne colle-

190.

ne contententibus, reliquos, Cui, Hippocratis nostri populares, tam celebrium Artificum numero, quam scriptorum eruditorum splendore obscurarent. Hisce Præceptoribus usus Hippocrates, non tantum egregiè profecit, sed & ipsi Arti, præ cæteris, lucidissimam facem, incrementū & majestatem adflavit, eamq; dicente Galeno, apud Græcos, primus omnium publicis literis expressit, inque lucem protulit, vir profectō, Celsi judicio, arte & facundiā clarus, quique, ut Macrobius testatur, tam fallere, quam falli nesciebat. Tanta enim illius fuit benignitas, nihil ut sciverit, nos quod nescire voluerit: tanta ejus solertia & sapientia, ut quod ipse ignoravit, post ipsum sciverit nullus.

Duravit hæc Hippocratica Medicina aliquot annorum centurijs, translata à Patre ad filios, inprimis Thessalum & Dracōnem, quorum ille, quæ Pater lacera reliquerat, tanquam novus quidam Æsculapius Virbij membra collegit, iisque ordinem enlargitus est: Quin nec in Artis Medicæ possessione retinendâ tegnior fuit gener Hippocratis Polybus, qui juxta cum adfinibus suis post Socerum, Scholæ & studiorum curam fideliter suscepit & exantlavit, quem postea insecutus est Diocles Caristius, qui primus sub Antigono Rege Anatomica ex professo docuit & scripsit: Huic successit Praxagoras Cous, Nicearchi filius, ex Aclepiadeis ultimus, cujus condiscipuli vixerunt Philotinus, Eudemus, & Herophilus. Et hic primus audit, qui ab Hippocraticâ sinceritate deflexit, cujus ductum deinceps sequuti, Chryssippus & Erasistratus, probum vetustæ Doctrinæ vinum affusâ nasuræ suæ aquâ diluerunt, pristinumq; Medicinæ decorem perdidit: Imo cum jam Æsculapideam familiam deseruisset Medicina, dictis autoribus inter sese digladiantibus, alijsq; aliud profitentibus, factum, ut illa innovata in tres factiones distraheretur, quibusdam sese Rationales, alijs Methodicos, alijs Empiricos novos jactitantibus: Quomodo invalescentibus partium studijs, & evincente novarum opinionum fœtu, pressa fuit Hippocratica veritas, totaq; ars fædè commentitijs nugis aspersa, ut fieri assolet, cum ignari sententiæ eorum, à quibus primò artes profectæ sunt, in artes surrepunt, quibus perpetuus comes aditare consuevit Ambitio, quæ ex incitiâ Arro-

gantiam generat: Hinc superbum fastidium ad usitata atq; recepta, & ingens calcar ad studium novitatis. Projecta itaq; ferè Hippocratica Medicina, & factionum dissidijs & certaminibus veluti exossata delituit annis 400. & ultra, usq; ad Galenum, qui sub Marco Antonino, Commodo, & Pertinace Imperatoribus, Romæ clarus, & velut alter Medicinæ parens, capite deminutam Medicinam, & ab opinionum dubijs fluctibus & deliramentis, tanquam ab Augiæ stabulo, perpurgatam, redintegavit, & excussis Empiricorum ac Methodicorum insanijs, in lucem ex tenebris vindicavit, aded ut hæc secta, ex splendescentis veritatis nitore, ex animis & memoriâ hominum evanuerint. Quam verò Galenus in animum induxisset, ex ijs, quæ Asculapidum vindemia suppediaret, paulò pleniorum succum exprimere, ita magistri sui vestigijs insitit, ita in ijs, & pro majestate suâ, & pro rerum ipsarum sorte atq; conditione versatus est, ut characterem Laconicum, Hippocrati proprium, Atticâ dicendi copiâ perspicuè illustraret, atq; hoc pacto sese discentium captui accommodaret: quo nomine certè ab ipsis summam inivit gratiam, quod: concisa brevis semper obscuritatis nomine suspecta sit, & interpres interprete sæpissimè opus habere videatur: Galeni itaq; industriâ & ærumnabili labore factum, ut Ars Medica, quæ toties hæctenus habitum tautaverat, quotidie penè interpolis, ingeniorumq; Græciæ maniceps, Dei dono redempta, manuq; liberali causâ assertâ, in omnem terrarum orbem, longè lateq; non aliter, quam Cereris fruges à Triptolemo, sparsa sit, & posteritati commendata, usâ interea tranquillitate satis benignâ, & quiete propriâ in Romano Imperio, usque ad infusionem Gothorum in Italiam, eam imprimis, quæ Justiniano habenas imperij moderante facta est, sub Totilâ, penultimo Gothorum Rege, qui horribiliter vastatam Romam in servitutem redegit, quæ & deinceps sub Gothorum potestate, usq; ad finem regni ipsorum in Italiâ, permansit. Romanis verò ruentibus, Ægyptij etiam Saracenos, tum longè lateq; in Asiâ dominantes, in subsidium vocarunt, & horum ope Græcos regno exsuerunt, summamq; Imperij & religionis potestatem Caliphæ; seu summo Pontifici commiserunt, cujus autoritate & operâ Alexandria, omnis erudita

dita doctrinæ mater, vicissim instaurata est, ut Ægyptus spe or-
 namentorum pristinorum, quæ multis retrò seculis, Abrahamo
 sine dubio præceptore, illuc profecto, sibi ad præsidium com-
 paraverat, non omni planè exciderit. Quantum verò de impe-
 rio Romanis pariter & Græcis, tantum etiam ferme de discipli-
 narum studijs & politiore humanitate subindè decessit, donec
 Mansor, vel præfixo articulo Arabico, Almanfor, Rex Saraceno-
 rum, (qui olim Agareni & Ismaelitæ, deindè Arabes, & à ten-
 torijs, sub quibus in cilicijs, armentorum pecudumq; curam ge-
 rerent, Scenitæ nominati sunt) barbarus ille quidem, sed tam
 institutis & moribus, quàm naturali instinctu vitam vivens, eru-
 ditæ doctrinæ, literarumq; quibus ad humanitatem informa-
 mur, ut si quis alius, amans, in què studio earum præclarè versa-
 tus, post Veramundum, Regem Hispanorum, bello superatum,
 & funditus eversum, exemplo illius Romani consulis, qui con-
 tra Ætolos bello feliciter gesto, manubias sive spolia Martis, Mu-
 sis consecraverat, mansuetioribus artibus suū jus, undè vi bello-
 rum armorumq; strepitu dejectæ essent, quasi postliminio resti-
 tueret, & propositâ spe amplissimorum præmiorum, innumeras
 Bibliothecas, Gymnasia Philosophorum, Medicorumq; scholas
 aperiret, non tantum in usum horum magnificè extructis ædi-
 ficijs, sed & lectis undiq; sive conductis, maximis impensis,
 sumptibusq; planè regijs, viris, quos nosset, magnæ celebritatis
 & famæ, & quos ferret illa ætas, & occasio offerret, clarissimis.
 Ex eo tempore trans mare in Barbariam, certè minimè barba-
 ram, translata sunt bonarum artium & partium studia, quæ usq;
 adeò firmas ibidem radices egerunt, ut ne Selim, quidem, Baza-
 zetis filius, quo nullus unquam fuit optimarum literarum ho-
 stis capitalior & funestior, annis 550. post, stirpitis illa evellere
 potuerit. Et ut in militiâ motis castris fieri assolet, sarcinulas
 operum Hippocratis & Galeni secum eò transportarunt artis
 nostræ cultores, quæ dein Arabum linguâ donata non tantum,
 sed & insuper ingenti supellectile exoticorum medicaminum,
 partim ex felice Arabiâ, partim ex Indiâ locupletarunt, suisq;
 lucubrationibus Græcorum inventa plurimum adauxerunt.
 Fuerunt inter illos Avicenna, Rhazes, Averroes, Albumasar,

A 3;

Haly

5
Haly & istius familiae contribules alij, tum propter meritum
in artem medicam & magnitudinem & utilitatem facile princi-
pes; verum ut nihil est in rebus solidi, quin vicissitudo in eas
aliquid juris habeat, ita nec ibidem perpetuo Musis esse quietis
licuit, sed non aliter uti viatores & peregrinantes subinde sua
permutant loca, natalem sedem & patriam saepius mutarunt, &
jam in densissima nocte obscuratae jacuerunt, jam rursus, ignis
instar, qui prius contactus erat, abs se favillam discutit, emicue-
runt. Ex Mauritania itaque disciplinarum quasi colonia quaedam
in Hispaniam deducta est, excitatis in Beticam, quae nunc Gra-
nata est, scholis provincialibus, Cordubae & Hispali, ex quibus
velut ex equo Trojano profilierunt postea veteres Graeci Me-
dici, non suo, sed peregrino, hoc est barbaro induti habitu;
quomodo in Hispaniam aliquandiu studiorum celebritas viguit,
unde postea sive bello, armisque profligata, sive strepitu illorum
perterrita, timoreque percussa, effuderunt sese vicissim in Ita-
liam, a Medicorum familia inprimis honorifice excepta, ubi ma-
gnam sui parte non parum corrupta, in suo illo quasi togato o-
cio, lucem recipientia, dissipatis tenebris, rursus lucere ince-
perunt. Atque haec quoque veteribus Medicis pristinus nitor in
Graecam pariterque Latinam linguam restitutus est, ut propterea Medi-
corum familiae & haec aetas, & si quae futura est posteritas, etiam-
num gratias debeat immortales. Tam praecclarum vero deposti-
tum, sub initium adfurgentis aut potius renascentis in hoc
mundi cardine, Beati Lutheri auspicio, doctrinae Evangelij, et-
iam in Germaniam & nostras usque terras penetravit, estque hodie
apud prudentes in precio, & erit, quamdiu mentes hominum
occupari in rerum cognitione & doctrinam volent: Imo florent
nunc in Germaniam, Dei beneficio, in singulis disciplinis Docto-
res, quibus praesentibus ad liberalem institutionem nulli quid-
piam deerit, sed habebit in promptu omnia, quorum quisque
amore honeste flagrat, sive is ad reconditam & a mortalium in-
tellectu abstrusam Sapientiam, quae sola & unica rectum ad
caelos monstrat tramitem, sive ad jus civile, & Romanas Leges,
qui nervus est amplissimae & ornatissimae societatis hominum
in Europa, sive ad Artem medicam, quae humanae naturae ju-
raturam

6

ratum hostem & crudelissimum tyrannum, morbos dico & ad-
 versam valetudinem, *καθάρσιον* recipit jugulandum, five
 ad Philosophiam, eiq; ad fines disciplinas, quæ rationis cultum
 pollicentur, & præstant, animum applicare suum cogiret, ut
 vel idè omnium liberalium Artium cultores, & heic, & alibi
 in Germaniæ Academijs, optatum studiorum finem feliciter
 (præfiscinè dixerim) assequi valeant, neq; in Italiam, Galliam,
 & alia transmarina loca, undè transmarinis moribus imbuti sæpè
 deteriores redeunt, propterea proficisci opus habeant. Et ut
 suam cuiusq; disciplinæ laudem suis professoribus relinquam,
 Medicina Hippocratica, certè, ut dixi ab Arabibus non segni-
 ter exulta, quantoperè à Germanis, beneficio Chymicæ, Me-
 dicamentorum egregiorum additione locupletata sit, notius
 est, quàm ut pluribus demonstrari debeat: Illorum etenim in-
 dustriâ & laudabili curâ, separatis Elementorum corporibus in-
 efficacibus, essentia formalibus proprietatibus instructa, in in-
 teriore mixti naturâ occultata, ob oculos ponitur, triplici ap-
 parens specie, quæ sunt principia Chymicorum tria, nempe li-
 quor, oleosa pinguedo, & Sal, quæ Symbolicè dicuntur, Mer-
 curius, Sulphur & Alkali, quod mineralium principiorum
 nomina, analogiâ quâdam, ad vegetabilia quoque & animalia
 transferre voluerint. Quorum virtus & potestas specifica,
 ipsi etiam Hippocrati & Aristoteli non ignota fuit, licet alijs
 nominibus expressa, veluti nostro ad Hippocratem De veteri
 Medicinâ commentario abundè explicuimus. Neque abso-
 num videbitur, si asseveremus, prædictam principiorum trigam,
 Magnum Hippocratem designare voluisse, per Spirituosa, humi-
 da, & solida, quæ tria simularum partium constitutiva posuit,
 inq; toto corpore inesse passim suis operibus docuit. Aristote-
 les illa, primigenium humorem, calidum nativum & Spiritum
 innatum, appellavit, ex quibus conjunctis conficit naturam il-
 lam longè nobiliorem Elementis, utpotè cognatam elemento
 Stellarum, quæ nihil aliud est, quàm essentia Hermetica ex semi-
 nali primordio & conceptu æthereæ naturæ producta. Atq; hinc
 tamè pertinacissimarum litium extiterunt principia, ac factio-
 nes Medicorum inter se capitaliter digladiantes. Quorum
 con-


7
controversiam heic loci tractare, operis censemus non necessa-
rij. Illud verò seriò dixerim, si Medendi Methodum ab Hip-
pocrate & Galeno, reliquisq; Dogmaticis traditam amplecta-
mur, & re ita flagitante, aptiorem Medicamentorum præparatio-
nem à Paracelso, & Chymicis, excusso veterino, impigrè addi-
scamus, nos velut jucundissimâ & utilissimâ *αὐτῶν* institutâ,
utriusq; Patris præceptis ad Dei gloriam, & proximi salutem
maximo cum ægorum fructu uti posse.

Quæ porro nunc causa sit, quòd dum Hippocraticam Me-
dicinam non segniter retineamus, Hippocratis laudem & fa-
mam tamen non ubique adsequamur, Oratione suâ edisseret
Vir clarissimus, Dn. SIMON PAULI, Medicinæ Doctor,
& Collegij Ducalis jampridem designatus, & ab Illustris. ac
Celsis. Principe ac Dno, Dno. JOHANNES ALBER-
TO, Duce Megapolitano, &c. Domino nostro clementissi-
mo, confirmatus Professor, quem cras horâ nonâ pro more in
Academiâ nostrâ recepto, Professorio muneri, in defuncti D.
Johannis Bacmeisteri, viri optimi, p. m. locum, præfæcturi, in
publicâ Docentium Cathedrâ constituemus. Quòd itaq; Deus
felicitet, ut illum suarum lectionum initium facientem, Ma-
gnificus Dn. Rector Academiæ, & cæteri, omnium Facultatum,
Professores, Doctores, Magistri, Divini verbi Præcones, alijque
bonarum Artium & Partium Studiosi, frequentes auscultare ne
recusent, est quòd eos diligenter & peramanter orem atq; exo-
rem, vicissim singulis, quæ à Collegio Medico præstari queunt,
officiola promittens promptissima & fidelissima, P. P. sub figil-
lo Decanatus Medici, Rostochij, pridè Tiburtij, diei Academiæ
solennis, & quotannis observandi, anni Juliani XXXIV.



tatum hostem & crudelissimum tyrannum, r
 versam valetudinem, *καθάρσιον* recipit j
 ad Philosophiam, eiq; ad fines disciplinas, qu
 pollicentur, & præstant, animum applicare
 vel ided omnium liberalium Artium cultor
 in Germaniæ Academijs, optatum studioru
 (præfiscinè dixerim). assequi valeant, neq; in
 & alia transmarina loca, undè transmarinis mo
 deteriores redeunt, propterea proficisci opu
 suam cuiusq; disciplinæ laudem suis profess
 Medicina Hippocratica, certè, ut dixi ab Ar
 tei exulta, quantoperè à Germanis, benefici
 dicamentorum egregiorum additione locup
 est, quàm ut pluribus demonstrari debeat: Ill
 dultriâ & laudabili curâ, separatis Elementor
 efficacibus, essentia formalibus proprietatibu
 teriore mixti naturâ occultata, ob oculos pe
 parens specie, quæ sunt principia Chymicoru
 quor, oleosa pinguedo, & Sal, quæ Symboli
 curius, Sulphur & Alkali, quod mineraliu
 nomina, analogiâ quâdam, ad vegetabilia qu
 transferte voluerint. Quorum virtus & p
 ipsi etiam Hippocrati & Aristoteli non igno
 nominibus expressa, veluti nostro ad Hippo
 Medicinâ commentario abundè explicuimu
 num videbitur, si asseveremus, prædictam prin
 Magnum Hippocratem designare voluisse, per
 da, & solida, quæ tria similarium partium c
 inq; toto corpore inesse passim suis operibus c
 les illa, primigenium humorem, calidum nati
 innatum, appellavit, ex quibus conjunctis ce
 lam longè nobiliorem Elementis, utpotè co
 stellarum, quæ nihil aliud est, quàm essentia H
 tali primordio & conceptu æthereæ naturæ pri
 tamè pertinacissimarum litium extiterunt pri
 ces Medicorum inter se capitaliter digladiat

the scale towards document



ad
 five
 tum
 t, ut
 alibi
 citer
 iam,
 sæpè
 Et ut
 iam,
 igni-
 Me-
 otius
 in-
 s in-
 in-
 ap-
 e li-
 Mer-
 rum
 alia
 fca,
 alijs
 eterf
 bfo-
 am,
 uni-
 fuit,
 ote-
 rum
 in il-
 ento-
 emi-
 hinc
 tio-
 rum
 con-